UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor, Coordinatus, Seu Omnes ...

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

8. An Bulla Cruciatæ, si sumatur & postea culpabiliter amittatur, comburatur, vel rumpatur, adhuc valeat? Ex p. 11. tr. 2. & Misc. 2. res. 46.

urn:nbn:de:hbz:466:1-76369

Visual Library

que fuit emendatum à Commiſſario,qui de hoc Pontificem conſulit,& appoſuit loca ieiuniorum Quadrageſimæ, dies Quadrageſimæ;quæ vox amplius extenditur. Vlterius confirmo; quia idem declaraſſe Pontificem in Bulla ſpeciali, & in ea ſtatuiſſe Dominicas Quadrageſimæ cæteris diebus eiuſdem Quadrageſimæ fore annumerandas quoad abſtinentiam ab ouis, & lacticiniis, teſtatus eſt mihi vir doctus, & grauis qui Bullam legiſſe affirmauit.

7. Nihilominus ſtandum eſt noſtræ aſſertioni, & dicendo pro eodem ſumi in Bulla Hiſpana dies Quadrageſimales,ac ieiunia Quadrageſimalia;quæ acceptio conformis eſt iuri, in quo Dominicæ Quadrageſimæ non comprehenduntur ſub diebus Quadrageſimæ: *iuxta c. Quadrageſima, de conſec.diſt.5.*

8. Deinde vt ſæpè monuimus, ſubſtantia verborum Bullæ Latinæ mutari nequit à commiſſario, eſto poſſit declarari,ſi dubia ſit;non autem eſt dubia in hoc puncto, vt ex verbis illatis patet. Nec ſufficit,ita declaraſſe Pontificem conſultum,ſi authenticè non conſtet de ea declaratione, vt docent Trullen. Diana, & alij; non autem ſic conſtat. Similiter Bulla,aut Breue, quod aſſeritur fuiſſe denuo expeditum declarans,dies Dominicas Quadrageſimæ annumerandas eſſe ieiunij diebus quoad abſtinentiam ab ouis,& lacticiniis, publicatum ſanè non eſt, nec authenticè de eo conſtat, & poſt non exiguam ſollicitudinem nec inuenire illud potui, nec notitiam illius eſſe vulgatam, comperi. Si ergo de illo certum conſtiterit, omninò ei erit ſtandum? ſicut, & conſuetudini,ſi contraria detur legitimè præſcripta.Hucuſque Pater Mendo.

9. Sed ego hanc ſententiam ſemel, & iterum improbaui,& hic Romæ non admittitur, & ſcio ex ordine Sacræ Congregationis indicis fuiſſe in libro cuiuſdam Authoris deletam, qui poſtea folio recuſo mutauit,me citato, ſententiam quam antea docuerat. Nemo itaque poteſt in diebus Dominicis quadrageſimæ edere oua, & lacticinia abſque Bulla Cruciatæ.

Sup.hoc inf. in Reſ.169. & inferius in tr.6. Reſ. 58.§ vlt. in princip. & abſque Bulla in dicto caſu ſup. curſim ad lin.6.§. Notandum eſt huius Reſ.

10.Quod autem Sacerdotes etiam Regulares poſſint comedere in diebus Dominicis Quadregeſimæ,oua,& lacticinia ſumētes Bullam Cruciatæ,& docet me citato Magiſter Gallego *vbi ſup. dub.*49. & me citato P. Bardi *in Bull.Cruc.part.2.tract.3.ſect.6.n.58.cum* 63. & me citato Marcus Serius *in Bull.Cruc.diſp.1.diffic.7.*§.5. *q.*13.*n.*3.& me citato P.Eſcobar.*vbi ſup.probl.*17.*n.*505. & me citato P.Paſqual.*in praxi ieiun.deciſ.*173.*n.*4. & me citato Narbona *in annal.iur an.*60.*q.*3.*num.*4.Idem etiam docet Caſtr.Palaus *tom* 4.*tract.*25.*punct.*7.*n.*8.& Ant.Fernand. *in inſtruct. Confeſſ. part.*1. *docum.*6. §.1. Quidquid in contrarium aſſerant Rodriq.Henriq.Villalob. Sancius, Ortiz, Vega, & Gallego *vbi ſuprà, citati.*

Quoad doctr. contentā in hoc, & ſeqq. §§. quamuis pro Cardinalibus Sacerdotibus, vel Regularibus lege inf. doctr,Reſ. 164.

11. Verùm ex his ego olim conſului, poſſe Cardinales, Archiepiſcopos, Epiſcopos, &c. exiſtentes in Regnis Hiſpaniarum, ſumendo Bullam Cruciatæ ordinariam,comedere lacticinia in diebus Dominicis. Quadrageſimæ. Dixi Bullam Cruciatæ ordinariam; nam ſumendo aliam Bullam lacticiniorum,poſſunt illa comedere ſingulis diebus Quadrageſimæ; demptis aliquibus provt in dicta Bulla habetur.

12. Probantur omnia ſuperiùs dicta, quia in Bulla Latina prohibetur Sacerdotibus,& Regularibus aliiſque exceptis vſus ouorum, ac lacticiniorum in diebus ieiunij Quadrageſimæ; ergo extra hoſce dies poſſunt illis veſci; atqui dies Domini non ſunt Quadrageſimalis ieiunij dies, ſed tantùm dies, abſtinentiæ à cibis prohibitis,ſcilicet à carnibus ouis,& lacticiniis,vt experientia conſtat; ergo in illis poſſunt excepti per Bullam, oua, & lacticinia comedere.

13.Itaque dies Dominicæ in Quadrageſima non ſunt Quadrageſimæ dies:idem enim ſunt dies ieiunij Quadrageſimæ, ac dies Quadrageſimæ; atqui dies dominici non ſunt dies ieiunij Quadrageſimæ; ergo nec Quadrageſimæ dies. Oſtendo autem aperte Dominicas Quadrageſimæ non eſſe Quadrageſimæ dies. Quadrageſima incipit à Dominica prima poſt dies Cinerum & in die Cœnæ Domini terminatur, quia eo in die Dominus Paſcha celebrauit: vt vero compleretur quadraginta dierum numerus,ex quibus conſtat Quadrageſimale ieiunium, ſtatuit Eccleſia illos dies quatuor ante Dominicam primam Quadrageſimæ,& alios duos Veneris, & Sabbati poſt Cœnam Domini, eſſe dies ieiunij Quadrageſimalis loco ſex dierum Dominicarum Quadrageſimæ.

RESOL. VIII.

An Bulla Cruciatæ, ſi ſumatur, & poſtea culpabiliter amittatur, comburatur, vel rumpatur, adhuc valeat? Ex p.11.tract.2.& Miſc.2.Reſ.46.

§.1. NEgatiuam ſententiam olim docui, & me citato illam probat Pater Bardi *in Bull.Cruc. par.1. tract.8.cap.2.ſect.*3.Sed nouiſſimè Pater Mendo *in Bull.Cruc.diſp.21.cap.1. num* 3. affirmatiuæ ſententiæ adhæret, ſic enim aſſerit: Cenſeo ipſo quòd quis Bullam acceperit, erogans pro ea eleemoſynam, licet poſtea culpabiliter,aut inculpabiliter eam amittat,aut rumpat poſſe adhuc omnibus eius priuilegiis frui.Iudicauit hoc probabile Baſilius Legionenſis in explicatione manuſcripta Bullæ. Ita ille.

2. Et poſteà in Appendice nominatim contra Patrem Bardi *diſp.2.cap.32.num.*173. conatur multis rationibus ſuam firmare ſententiam. Et præcipuè, quia retentio Bullæ non ex præcepto, ſed ex conſilio iniungitur à Pontifice, igitur etiamſi non retineatur, quomodocumque retentio deficiat; poterit quis eius vti priuilegiis.Etenim non exequi opus ex conſilio iniunctum, valorem conceſſioni priuilegij non detrahit, quantumuis ea non executio ortum habeat ex negligentia,quæ in præſenti vocatur culpa, ſeu culpabilis non retentio. Cœterùm retentionem Bullæ non eſſe iniunctam ex præcepto, ſed ex conſilio, & concedit vnus ex aduerſantibus Trullench; Ergo.

3. Sed ego non recedo à ſententia quam docui,& ideò nouiſſimè contra Patrem Mendo inſurgit Magiſter Gallego *in Bull. Cruc. c.14. clauſ.*14. vbi me citato ſic ait,[Digo lo ſegundo,ſi el tiene la Bula la rompe malicioſamente,la pierde,ò la quema de propoſito; no puede gozar de los indultos, facultades,gracias,e indulgencias que en ellas ſe conceden.

4.Eſte dicho es contra Andreas Mendo de la Compañia,en el lugar à qui citado,el qual afirma,que el que ya auia tomado la Bula, ſi la rōpieſſe malicioſamēte, ò de propoſito la perdieſſe, y quemaſſe, con todo le valia la Bula que auia tomado, y podia gozar todo lo que en ella ſe concede. Su fundamento principal es, porque el dezir el Papa,y el Commiſſario General que ſe guarde la Bula, dize Mendo que no es mandato ni precepto, ſino ſolamente conſejo, luego aunque no la tenga en ſu poder el que la tomò, aora ſea por culpa, ò ſin ella el no tenerla guardada, podrà vſar della, y le valdrà, porque no executar lo que ſe ordena por conſejo, no quita ni priua del priuilegio. Eſte fundamento es falsò, porque expreſſamente dize el Commiſſario General en eſta Bula: y declaramos, que los que tomaran en eſta Bula, ayan de recibir eſta Bula, y guardar eſte ſumario, y Bula &c. Noteſſe à quella palabra, Ayan de recibir, y guardar, que denota no conſejo, ſino mandato, porque la traducion en Caſtellano, es conforme à la Bula plumbea,ò latina que cōcede ſu Santidad, y en la Bula Latina ſe dize aun mas claramente,

porque,

porque en ella ſe dize aſſi: *Ea qua decet puritate publicetur illarum omnium ſummarium, quod etiam per omnes, qui illis vti voluiſſent, accipi, & per eos retineri debere decreuit, &c.* Noteſe la Palabra, *Retineri debere,* que deuen, y tienen obligacion de guardar dize el Sumo Pontifice, luego el guardarla no es conſejo, ſino mandato, y mas claramente Gregorio XIII. en la dicha Bula Plumbea, ò Latina dize hablando deſte punto en otra parte deſta manera, *Item mandatur, vt Summarium hoc per omnes Chriſti fideles ad prædictum bellum contribuentes, qui huiuſmodi gratiarum participes eſſe voluerint, recipiatur, & retineatur, &c.* Noteſe à quella palabra, *Item mandatur,* que manda el Papa que ſe tome eſta Bula, y ſe guarde para poder gozar las gracias que en ellas ſe concede: Luego ſi el Papa expreſſamente dize, que lo manda, coligeſe euidentemente que ſe violenta el texto de la Bula, en dezir que el Papa no manda que ſe guarde la Bula, ſino que lo aconſeja, y aſſi en eſta doctrina fue ſingular el dicho Andres Mendo, y ningun Autor que aya impreſſo antes del año de 1652. ha enſeñado tal doctrina, y por conſiguiente no auiendo Autores que la enſeñen, y lo que mas principales ni razon que la pueda apoyar, ſino es violentando el texto de la Bula, digo que eſta doctrina de Andres Mendo no ſe puede ſeguir en practica.] Ita ille, Cui etiam adde Ioannem Henriquez *in qq. pract. ſect.* 48. *quæſt.* 2. *num.* 5. Remigium *in pract. Confeſ. tract.* 7. *cap.* 1. §. 6. *num.* 4. Et me citato Marcus Serius *in Bull. Cruc. diſp.* 1. *difficult.* 12. §. 10. *num.* 2. & 3. Anton. Eſcobar *in Theol. moral. libro* -. *ſectione* 1. *capite* 2. *numero* 10. & alios penes ipſos; Itaque non eſt defendenda ſententia Patris Bardi, quicquid dicat Pater Mendo,

---

RESOL. IX.

An ſi Petrus ſumat Bullam Cruciatæ pro Ioanne, qui iam aliam acceperat, poſſit Petrus illam alteri applicare? Ex p. 11. tr. 2. & Miſc. 2. Reſ. 47.

§. 1. NEgatiuam ſententiam olim docui, ſed nouiſſimè nominatim contra me inſurgit Pater Mendo *in Bull. Cruc. diſp.* 2 . *cap.* 2. *num.* 16. quia ea intentio non ſolùm eſt de traditione Bullæ, ſed de vſu illius, quem Ioannes exerceat, at non obſtante ea intentione, poteſt Ioannes non vti illa, ſed tradere alteram Bullam, igitur intentio illa nihil operatur alioquin etiam opераretur, vt nullus alius poſſet vti eiuſmodi Bulla propter rationem eamdem aduerſantium, nempe quia fuerat intentio Petri, vt nullus alius, niſi Ioannes, ſed vt Ioannes, & non alter illa vteretur. Præterea ea intentio effectum non ſortitur, donec Bulla acceptetur à Petro habet tamquam implicitè imbibitam conditionem, ſi Petrus acceptet; ea enim ad quæ opus eſt vt duo concurrant, alterutro deficiente non ſortiantur effectum. Quare illa conditione non appoſita, liber manet Petrus ad applicandum alteri Bullam; ſicut qui offert alteri nummos animo verò donandi, ſi non acceptentur, manet adhuc dominus eorum, poteſtque alteri donare. Itaque Bullæ applicatio quaſi effectiua in ſuſpenſo eſt, donec acceptetur, & propter conditionem imbibitam: & quia dum offerens, & acceptans non concurrunt, non datur locus applicationi in exercitium redactæ, non eſt ad quem Bulla illa pertineat. Ita Mendo.

2. Sed ego non recedo à ſententia quam docui, & quam me citato tenet etiam Magiſter Gallego *in Bul. Cruciata cap.* 14. *clauſ.* 14. *dub.* 178. vbi ſic ait. [Preguntaſe, ſi Pedro toma la Bula para Iuan, el qual ya la tenia tomada para ſi, ſi podra Pedro aplicarla, y darſela à otro?

3. Reſpondo que no, porque realmente Pedro tomo la Bula para Iuan, con intencion de aplicarſela, à Iuan, y no à otro Eſto dize tambien Alphonſo de Vega *en el tomo* 1. *de la ſuma, cap.* 43. *caſu* 6. el qual refiere que conſultado deſto el M. Bartholomeo de Medina, reſpondio lo dicho. Tambien dize lo miſmo Ant. Diana 1. *par. tract.* 11. *reſol.* 95. otra coſa ſeria ſi Pedro quando tomo la Bula para Iuan, no dixo en ſu intencion, no la quiero aplicar à otro, ſino que lo dexò aſſi, teniendo intencion de tomar la Bula para Iuan, ſin otras reflexiones è intéciones, ſi halla que Iuan tiene ya tomada Bula podra Iuan aplicarſela à otro. Aqui hablamos quando no ſe concedia mas de vna Bula, que aora que ſe pueden tomar dos, ſe ha de dezir, que la ha de recibir Iuan, el qual ſi ya tenia dos Bulas, podrà Pedro aplicarla à quien quiſiere en el ſentido que hemos dicho.] Hæc ille, cui aſſentior & ego. Quæ nunc hanc ſequetur in eius §. Notandum eſt.

RESOL. X.

An ſi quis ſumat pro amico Bullam Cruciatæ, & ſcribat in ea eius nomen, poſſit hic illam non acceptare, ſed nomen ſuum tollere, & illam alicui applicare?

Et an ſi Petrus ſumit Bullam pro Ioanne, qui iam alteram acceperat, poſſit Petrus illam alteri applicare?

Et an oporteat, vt nomen proprium ſit eidem Bullæ inſcriptum?

Et an ſi inculpatè Bulla fuerit amiſſa, aut combuſta, ſit neceſſarium, vt alia ſumatur? Ex part. 1. tract. 11. Reſ. 95.

§. 1. REſpondeo affirmatiuè cum Villalobos *in ſum. tom.* 1. *tract.* 17. *clauſ.* 4. *num.* 23. vbi ſic ait: [Si vn amigo me tomò la Bula, y me la embio, y yo, que tenia tomada otra no la acepte, la puedo dar à otro, y lo que deximos de poder la dar à otro la que embio el amigo, lo entiendo yo, aunque trayga eſcrito el nombre, que en eſſo va poco, y aunque ſe mude, no por eſſo ſera falſario el que lo eſcriue,] Ita ille. Sup. hoc in Reſ. ſeq.

2. Notandum eſt tamen, quòd ſi Petrus ſumit Bullam pro Ioanne, qui iam alteram cœperat, non poteſt Petrus illam alteri applicare: quia, vt ait Vega *in ſumm. tom.* 1. *cap.* 43. *caſ.* 6. realiter ille ſumpſit illam Bullam cum intentione applicandi Petro, & non alteri. Ergo, &c. Et ita teſtatur reſpondiſſe de hoc caſu interrogatum Medinam. Sup. hoc in Reſ. præterit.

3. Nota etiam cum Villalobos *vbi ſuprà*, & Vega *in ſumma tom.* 2. *cap.* 7. *caſ* 26. & Henriquez *libro* 7. *cap.* 20. *numero* 5. quòd non oportet, vt nomen proprium ſit eidem Bullæ inſcriptum: Et ſi inculpate Bulla fuerit amiſſa, aut combuſta, non eſt neceſſe, vt alia ſumatur; ſed poteſt, hoc non obſtante, quis illa frui. Sup. hoc & contento in ſeq. §. ſup. in Reſ. 8.

4. Et ideò hanc ſententiam poſt Henriquez, & Villalobos docet Nugnus *in* 3. *part. tom.* 2. *tract. de Bull.* §.... *in fin.* vbi ait: [Notandum eſt, quòd, vt Bulla ſit valida, debet recipi, & obſeruari cum aliqua mediocri diligentia: ſi verò ſine culpa deperdatur, vel rumpatur; tunc credo, quòd valet; quia non debet eſſe maior obligatio in hac parte, quam eſt in aliis rebus.] Sic ille: Idem etiam docet Acoſta *in Bull. quæſt.* 12. & Vega *in ſumma tom.* 2. *cap.* 7. *caſ.* 23. & Gomez *in Bull. clauſ.* 11. *num.* 12. & 13. & nouiſſimè Acugna *in Decretum Gratiani, part.* 1. *diſp.* 100. *cap.* 10. *num.* 5. Sed his non obſtantibus, ex verbis Bullæ contrarium apparet dicendum eſſe: habent enim: [Dichiaramo, che quelli che la pigliaranno, habbiano da riceuere, & conſeruare queſta Bolla, perche d'altra maniera

non